Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



C lxxxvij.

uel differentie Est enim domesti-
ca que proprie dicitur ortulana et
hec mediocriter calefacit et con-
fortat Est et alia siluestris que
mentastrum dicitur et hec maiorem
vim calefaciendi habet ¶ Est
et menta que longiora habet
folia et latiora et acuciora et
hec menta romana siue sar-
racenica appellatur Hec ma-
gis est diuretica quam alie
quod perpenditur ex eius acuitate
vel amaritudine ¶ Menta do-
mestica magis competit vsui
medicine, et viridis et sicca
magne est efficacie, debet
autem siccari in vmbroso loco
per vnum annum seruatur in vir-
tute magna Virtutem habet
dissoluendi et consumendi ex
propriis qualitatibus confortandi
ex aromaticitate ¶ Contra
fetorem oris ex putredine gin-
giuarum et dentium, abluatur
os et gingiue ex aceto decoc-
tionis mente ortulane, post
fricetur cum puluere mente sicce
vel cum menta sicca ¶ Ad appe-
titum prouocandum cum impeditur
ex frigida humiditate existente in
stomacho uel in ore stomachi
Salsamentum ex menta et aceto
et modico cinamomo et pipere
factum valet ¶ Contra vomitum
factum ex debilitate virtutis re-
tentiue vel ex frigida causa fi-
at decoctio mente in aqua sal-
macina et aceto et spongia
ibi intincta ori stomachi super-
ponatur vel etiam menta ipsa
decocta, mentam etiam ipsam
comedat patiens ¶ Contra
sincopim et debilitatem in febre
et sine febre siue ex materia
siue quacumque alia causa, conterat
menta cum aceto et vino mo-
dico et frustum panis bene tosti
et quasi combusti ponatur in illo ace-
to et dimittatur aliquam diu ut

bene humectetur et postea appli-
cetur naribus, et inde fricentur
labia et lingua gingiue et
dentes et timpora et ligetur
super venas pulsatiles brachiorum
et timporum, et etiam masticet
panem et humorositatem trans-
gluciat ¶ Ad matricem mundi-
ficandam, teneritates mente de-
coquantur in vino et oleo, et
pectini et renibus cathaplas-
mentur ¶ Contra coagulationem
in mamillis, fasciculi eius in
vino et oleo decocti superligentur
mamillis et fiat suppositorium
¶ Contra colicam passionem fasciculi
mente decoquantur in vino et
supponantur ¶ Nota cum aliqua me-
dicina datur contra venenum detur
cum succo mente habet enim menta
aliquantulam vim attrahendi ve-
nenum vel potest dari cum vino
decoctionis mente si succo ca-
reas Succus mente romane
solus vel vinum decoctionis eius
vel succus eius cum melle mixtus
et datus lumbricos necat, Her-
ba decocta in vino et oleo et ca-
thaplasmata soluit sclirosim
frigidorum apostematum ¶ Mentastrum
et saluia et carice decoquantur
in vino et detur ¶ Contra tussim
frigidam vinum decoctionis eius
vel puluis eius in cibis datus
digestionem confortat, fomentum
factum ex aqua decoctionis eius
matricem infrigidatam calefacit ¶
Sacellatio facta ex puluere eius
frigidum reuma capitis constringit
Et nota quod menta romana pro
ortulana potest poni. De margarite

Margarita frigida est et sicca
lapis est qui in quibusdam
piscibus reperitur Et sunt
quedam perforate artificio, quedam
natura, et ille meliores sunt
et debent poni in medicinis Cum
inuenitur simpliciter receptio